



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 18. Lucilij versus apud Nonium emendati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](#)

Lentos debitores aliter à Cicerone , aliter à Lucilio
dictos . Luciliij versus apud Nonium emendati .

CAPUT XVIII.

LENTOS vistatè vocamus tardos & segnes: oppo-
nique tum id nomen prompto ac celeri videtur.
interdum autem lentum aliter accipimus: vt cùm len-
tum vimen dicimus: & cùm Virgilius *lentam salicem*:
& -lento ducunt argento. lentum enim tum idem valet
quod molle , cedens, quodque, quocumque velis, fa-
cile trahi ducive possit. id denique, quod ξαδρον Græci
vocant, Latini non nunquam facile: vt Tibullus:

Fūtilia antiquus primū sibi fecit agrestis

Pocula , de facili composuitq; luto.

Eandem enim qualitatem significauit in luto, quam in
cera Plinius his versibus,

Vt laus est cerea, mollis cedensq; sequatur

Si doctos aigitos , iussaq; fiat opus.

flexibilem videlicet naturam quandam , & minimè
contumacem. Ad priorem illam huius vocabuli vim
respexit M. Tullius , cùm C. Antonium lentum voca-
uit: *Teucris*, inquit, *illa, lentum sanè negotium*. hoc enim
significauit, eum libenter subterfugere, & tergiuersari,
& diem ex die ducere , neque promptum esse ad dis-
soluendum quod deberet. at contrā olim Lucilius len-
tum soluere acceperat, pro eo, qui facilè solueret , bo-
numque nomen esset. Credo, quòd lenta quæ sunt,
facile sequuntur quòd velis : lentum quoque vocauit
cum , qui facilè ad soluendum adduceretur. Versus
cius , in quibus hoc vocabulum ita ponitur , extant
apud Nonium Marcellum : sed miserè deprauati. sic
enim ibi legitur: *Tricones, morosi & ad reddendum duri.*
Lucilius Satyrarum lib. ix. *Lucil. Cotta senex Crassi*

Auct. Marcelli

versus Lectione

LIT
25

pater huius pacem magnus fuit tricomū, Marius soluere nulli
lentus, id est facilis. Mihi ita legendum videtur: Trico-

nes, morosi & ad reddendum duri. Lucilius Satyr. lib. ix.
Luciu' Cotta senex Crassi pater huius peracer,

Magna' fuit trico nummariū, soluere nulli

Lentus, id est, facilis.

Iam qui fuerit ille Cotta, & quā potuerit, nisi fortē per
adoptionem, Crassi cuiusquam pater esse; cūm alter-
um Aurelium, alterum Licinium fuisse verisimile sit
quanquam fieri etiam potest, vt Crassi nomen hoc lo-
co proprium non sit: sed hoc, vt ut est, querant, qui-
bus ista curae sunt. ego quod potui, præstisti.

Horatij versus è quinto Odarum illustrati.

C A P V T X I X .

HORATIANI versus sunt ex Ode qua *egoradis*
uerō veniam à Canidia benefica petit;

Vnxere matres Iliae addictum feris

Alitibus atque canibus homīcidam Hectorem:

Postquam relicti mōnibus rex procidit

Heu peruicacis ad pedes Achillei.

variant autem libri veteres: quod in aliis, *Vnxere*, legi-
tur in aliis, *Luxere*. quam posteriorem scripturam ini-
rificè Homerus confirmat: apud quem Iliados omne-
ga, Hectorem relatum ad suos Andromacha, & He-
cuba, & Helena ἐρνεῖται, ceteræ autem mulieres ἐμα-
ζεῖται, καὶ σεραχλεῖται. neque tamen illa prior repudianda
est: cum constet, vngi solita apud antiquos cadavera,
vt diutius integra conseruarentur: eiusque munera
muliebrem curationem fuisse, vel ex illo Ennij,

Tarquinij corpus bona femina lauit & vnxit.

Itaque & urbanus scurra Martialis, non illepidum di-
ctum ex eo duxit:

Q